Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

Pauli ad Corinthios præallegato loco, ſed quia heæ res meo
propoſito non deſeruiunt, breuitatis cauſſa demitto. Nomi-
natim mi dn̄e doctor ſcripturis propono exponere præalle-
gata uerba, ſemota omni expoſitione doctoꝝ, & affectu om
nium hoı̄m, nihil aliud quā unum uolens articulū per alterū
ad intelligendū præbere. Ideoq; præallegata uerba a ſingulis
tam obnubilata ſunt credita, & in tali diuerſa expoſitiōe poſ-
ſibile non eſt ueritatē cognoſcere. Breuiter igiť hoc uerbum,
Hoc eſt corpus meū, neceſſe eſt intelligi claro & intelligibili
dicto ex Dei uerbo. Quare Paulus ex inſpiratione omnipo-
tentis Dei nobis exponit, quomodo præpoſita uerba capere
& intelligere debeamus, in qua forma uerbū Dei interpreta
ri & exponere ſecurior eſt forma & ſpecies. Iuxta hoc petens
ut ſe dn̄s doctor modereť abſtinendo ab inductione oı̄m do-
ctoꝝ & intellectuū humanoꝝ & expoſitionū, propter quod
mihi propono hæc uerba hoc & alijs dictis exponere.

D. ECKIVS.

Probe noui diuum Thomam ſicut & cæteros Chriſtianos
eius opinionis fuiſſe, quod aūt dn̄s Vlrichus falſo ad ſeducen
dos ſimplices, huius opinionis originē adſcribere tentauit di
uo Thomæ, hoc me oportuit enumerare nō ita eſſe, induxiq;
doctores non ad meam concluſionē firmandū, ſed ut omnes
Chriſtiani ſcirent, hanc de ſacramēto opiniōnē eſſe pius mil-
le annis uetuſtiorem, quam probus hic dn̄s propoſuerat. Id
quod refert unum locū per alium exponendū dico uerū eſſe,
Bonus tamen dn̄s ille non nouit, quo nam modo equum cur
rui inaptare debeat, locus unus ſcripturæ obnubilatus per ali
um locum clarum exponere decet, cuius ipſe hic oppoſitū fa-
cit, uolens hæc clara uerba, Hoc eſt corpus meum, obcæcare
obnubilatis uerbis, in quibus neq; adhuc oſtēdit, quomodo
ſuam opinionē firmēt. Clarū dedi hoꝝ uerboꝝ intellectū, ſi
contra hoc ſcripturas habeat, adportet ergo. Monitionis ſuæ
opus non erat, quod nullos doctores uel ſcribentes inducere

debeam

debeā plane credo, ſi libellos fratris ſui in Chriſto Zwinglij non legiſſet, non tam profunde euangelio implicaret, ut hāc nouam doctrinā in harenā deduceret. Nunc uero ſcripturas huc adferte, alioqui omnia alia ſciat nihil ualitura.

VLRICHVS STVDER.

CHriſtiani probi, ſpiritus ueſter bene intelligere poteſt, quam clara hęc ſint uerba, Hoc eſt corpus meū &c̄. quū ſerioſiſſime Chriſtianā fidem contingāt. Paulus em̄ ad Iudæos ita explanat xi. capitulo dicens. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarū argumentū non apparentiū. Quare prędicta uerba non ſufficienter clara ſunt atq; dilucida, ſed magis expoſcunt declarationem lucidioꝝ uerboꝝ. Sequenter quia pro uerbo Dei habent, ideo nō eſt noua doctrina, ſed inſtructio ab æterno deitatis uſq; præſens, ſicut Iohan. xv. ſcribit. Quicquid a patre audiui, uobis manifeſtaui. Tandē ultimo dn̄e doctor a uobis cuperē ex uerbo dei intellectū audire, ſi male diſcerem uerba prius allegata ita ſonātia. Quotienſcunq; manducabimus panem hūc &c̄. non poſſint declarare ſuperiora uerba ita ſonantia, Hoc eſt corpus meum. Quotienſcunq; manducabitis hunc panem &c̄.

D. ECKIVS.

Dn̄s Vlrichus ut ſermonem abbreuiem, tale uult facere argumentū. Fides (ut Paulus inquit) eſt argumentū rerū non apparentiū, nūc quum hæc uerba, Hoc eſt corpus meū, fidē attingāt, neceſſaria eſt illoꝝ declaratio alio claro & dilucido dicto. Reſpondeo, uerū eſt, fidem eſſe de rebus abſconditis, & nobis non apparētibus, nēpe quod uidemus ſcimus, neq; neceſſe eſt iam primū credi. Iuxta tamen hæc uerba fidei clara eſſe poſſunt. Quid inq; magis eſt abſconditū, quam unum eſſe Deum in eſſentia, & tamen trinū in perſonis, uerba quidem clara ſunt atq; dilucida, ſed quod per illa ſignificatur,